

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Disputationum Philosophicarum Tertia, continens Regulas II. pertinentes ad doctrinam. Avtiones et Agentis Respondete publice Christophoro Kesselring Ohrdrnv.Thur.

urn:nbn:de:bsz:31-102400

REGULA I.

Simile non agit in simile, neque à simili patitur.

I.

Idem est disputare, an simile in simile agat, an simile à simili patiat. Id enim, in quod simile agit, est id, quod ab illò patitur. Si igitur simile in simile agit, vel non agit, simile quoque à simili patitur vel non patitur.

II. Veterum plerisque persuasum fuit, simile non agere in simile, sed quamlibet actionem passionem inter dissimilia esse. Solus Democritus à cæteris diversam fovit sententiam. Affert enim, dissimile à dissimili non pati; sed si quæ se invicem patiantur, id illis contingere, non ut diversa aut dissimilia sunt, sed ut similia. Ita Aristoteles I. de ora. & inter c. VII.

III. In totam ex sciendum rum. A mà vel sp gidum. yerò vel lbum simi nulla uti lum diffi nus quid do, sapo

IV. Ja prorsus, num in a albedine accidens dum agi

V. II sunt; eor non agi phus, qu potius a ens, illu

VI. C fruiq; reagat in non pos gens ta

III.

III. Ipse utrosque veritatem attingisse, neutros totam exposuisse, docet. Quod ut intelligatur, sciendum, similia & dissimilia duum esse generum. Alia enim genere tantum similia sunt, formâ vel specie autem dissimilia, ut calidum & frigidum. Conveniunt enim hæc genere; formâ verò vel specie discrepant. Alia non genere solum similia sunt, sed & formâ, ut duo calida. Nonnulla utroque modo dissimilia sunt, quia non solum differentia specifica non eadem est, sed ne genus quidem, saltem propinquius, ut linea & albedo, sapor & albedo.

IV. Jam sequentia docet Philosophus: *I. Quæ prorsus, i. e. tertio modo dissimilia sunt, eorum unum in alterum non agit.* Non enim linea agit in albedinem, nec albedo in lineam, nisi fortassis per accidens, ut si lineâ nigrâ esse contigerit. Nec calidum agit in dulce, nisi hoc forte frigidum fuerit.

V. II. Quæ prorsus, id est, secundo modo similia sunt, eorum unum in alterum nihil agit, ut calidum non agit in calidum. Rationes addit Philosophus, quarum prima, quia nulla erit ratio, cur hoc potius agens sit, & illud patiens, quam hoc patiens, illud agens.

VI. Quod si quis huic argumento objecerit, utrumque esse agens, utrumque etiam patiens, cum patiens reagat in agens; respondet Philoponus, licet negari non possit, dari reactionem patientis in agens, agens tamen magis agere, quam pati; & patiens

magis pati, quàm agere. At si actio esset omnino similis in simile, unum alterò non magis ageret, aut pateretur.

VII. Ratio secunda est, quod si simile ab omnino simili pateretur, idem quoque à seipsò pateretur, ut si calidum à calidò pateretur & incalefceret, quidnì à seipsò quoque patiendò incalefceret?

VIII. *III. Ut inter aliqua reperiatu actio & passio, necesse est, ut genere sint similia, formà vel differentia dissimilia.* Id videtur hòc modò aliter re: Omnia contraria conveniunt genere, dissimilia verò sunt specie. Sed illa, quorum unum alterum agit, sunt contraria, sicuti ipsa experientia testatur. Non enim quidlibet agit in quolibet, sed calidum in frigidum, humidum in siccum. E. genere similia sunt specie discrepantia.

IX. *Libro II. de animà c. IV. t. 44.* similis proponitur de nutritione dubitatio. Nonnulli enim statuebant, simile simili ali; alii verò potius contrarium sive dissimile, contrariò & dissimili, propterea scilicet, quòd simile non patiatu à simili sed tantum contrarium à contrariò. Alimentum autem sive id, quod alit, in nutritione patiens est id verò, quod alitur, agens, sicut testatur *presenti & seqv.* Aristoteles.

X. Qui & hìc diversas hasce sententias conciliat, & utramque veram esse asserit. Docet enim dici alimentum tum id, quod primò assumitur

& ut ad
ci, quod
tum est,
gitur, &

XI. C
est de su
tientis.
dit inter

factio,
mul est,
ri patien
tatur, se
miffius,
agenti
gitur.

eò dissim
tior, e
dissimil
dò. F
mul est
rum ur
in alter

XII.
fophus
dam, s
fuffine
quàm p
oculus
lem ab

& ut adhuc indigestum est, & sic esse contrarium, ei, quod nutritur; tùm id, quod jam transmutatum est, & digestum, corporique animato adiungitur, & hõc modò esse simile.

XI. Quin doctrina hæc universè observanda, est de similitudine & dissimilitudine agentis & patientis. Ubi tamen quædam differentia intercedit inter mutationem successivam, qualis est calefactio, & instantaneam, uti vocant, quæ tota simul est, qualis est passio visus à re visibili. In priori patiens, non tantùm antequàm patitur aut mutatur, sed inter initia quoque mutationis, ut Themistius, vertente Hermolaò Barbarò, loquitur, agenti dissimile est, simile autem, cùm finis attingitur. Certè quò propior primordio est motus, eò dissimilius agenti est patiens; quò autem remotior, eò similius. In posteriori verò mutatione, dissimile est, antequàm patitur, simile in patienti. Hõc ipsò enim, quod hæc mutatio tota simul est, non dantur ejus diversæ partes, in quarum unâ, ut circa principium, dissimile sit patiens; in alterâ, ut in fine, simile.

XII. Ita cit. L. II. de an. c. V. t. 62. docet Philosophus, cùm sentire sit pati atque alterari quoddam, sensu patientis, sensibili verò agentis vicem, sustinente, sensum esse dissimilem sensibili, antequàm patitur; cùm autem passus est, similem; ut oculus antequàm speciem sive albedinem spiritalem ab albò recipit, est ipsi dissimilis; postquam,

autem recepit, per eam ipsi factus est similis. Confer *Libr. cit. à text. 44. usque ad t. 62.*

XIII. Porro de similitudine quoad genus nulla hic est dubitatio, cum certum sit, simile genere de materiâ in sibi simile agere, & ab eodem pati: hoc quod dictum est, inter similia formâ non interesse ad actionem & passionem, super eo verò non pauca, eorumque nonnulla non exigui momenti se offerunt *diviniva.*

XIV. Sit igitur primum argumentum: Calx niva & nix agunt in se invicem, quod patet, si niven calci adspergas. At hæc similia sunt. Utrumque enim est album.

XV. Secundum: Major flamma minorem corrumpit. Igitur calor minoris flammæ calorem majoris corrumpit, quod non fit, nisi in illum agendô.

XVI. Tertiô: Putredo est corruptio propriè naturalis caloris à calore ambientis. *IV. Meteorol. 7.* Simile ergo corrumpit simile.

XVII. Ad primum respondemus, simile agere in simile, bifariâ intelligi posse: 1. ut agens & patiens habeant qualitatem specie eandem, sive illud in hoc per eam agat, sive non. 2. Ut agens per eam in alterum agat, sive ut sit simile ei in qualitate, quâ in ipsum agit. Priori modô nullum dubium est, quin simile agat in simile, idque probat argumentum. Agunt enim nix & calx in se invicem, sed non ratione albedinis, quâ similes sunt.

Verum
fermo
ri simile
beat; si
dens est
Æquè e
ergo qu
sive fec

XII
mam e
ris cali
flamma
fed in
quâm a
re neco
de long
minor
dens, q
nisi lon
sumat

XI
fari Re
mâ ag
depop
ter co
in coi
XX
mâ ca
est, se

Verùm de hoc modò agendi rei similis in similem sermo non est, quùm ea qualitas, quâ unum alteri simile est, ad actionem planè per accidens se habeat; sicut ad hoc, ut nix agat in calcem, per accidens est, quod alba & albedine calci similis sit. Equè enim ageret, etsi alba non esset. Sensus ergò quæstionis est, an simile agat in simile per se, sive secundum eam qualitatem, quâ simile est.

XIX. Ad secundum dicimus, majorem flammam extinguere minorem, & caliditatem majoris caliditatem minoris per actionem caliditatis flammæ majoris, non in caliditatem minoris, sed in humidum unctuosum minoris, quò tantquam alimentò absumbtò, ipsam flammam perire necesse est. Quæ responsio est ipsius Philosophi *de long. & brevi vita c. III.* quando: *Quamobrem minor flamma, inquit, à majore deurit per accidens, quod pabulum sumum, scilicet, quod illa non nisi longo tempore absumere potest, hæc ocyùs consumat.*

XIX. Verùm hæc ipsa responsio nostræ adversari Regulæ videtur. Si enim calor majoris flammæ agendò in humidum minoris, calorem ejus depopulatur, sequitur, non omnem actionem inter contraria intercedere; cùm calor & humidum in contrariis non sint.

XX. Sed & hoc facilè diluitur: Nempe, flammæ caliditas non agit in humidum, ut humidum est, sed ut frigidum est: Per accidens igitur agit in

humidum, quia nimirum cum frigore conjunctum est. Cui si conjunctum non esset, in id non ageret

XXI. Nec difficiliore aut absimili responsione tertium dissolvitur. In putredine calor ambientis destruit calorem internum, *ἀνέως* agendo, non in ipsum calorem internum, sed in frigidum, extimamque corporis mixti, v. g. cadaveris, partem calefaciendō.

XXII. Et quoniam proprium caloris est rarefacere, ideo partem illam calefacit, meatusque corporis referat, quibus reclusis & referatis, calor, qui internis mixti partibus continetur humidumque cum sicco continet, evaporat, forasque egreditur unā cum humidō. Quō autem calor mixti internus magis forās evocatur, eō magis atque magis deficit & minuitur, oriturque inde dissolutio humidi à sicco, quæ putredo est.

XXIII. Verum de hisce distinctius est agendum. Quod ut fiat, notamus, similia formā in triplicem esse differentiā. Alia enim sunt similia secundum formam tantum, quæ nimirum formam sive qualitatem quidem eandem obtinent, non tamen æquē intensam, sive in eodem gradu; ut duo calida, unum septem, alterum quinque gradibus. Alia sunt & formā & gradu, sed non vi agendi. Nonnulla verò præter hæc etiam vi vel potentiā agendi.

XXIV. Quod ut intelligatur, sciendum, majore

rem vi
sione, ve
ratione
plus cal
gradus o
subjectu
jectum
pat, secu
gnitudin
rum cal
hement
gnis ma
tentiū
fortassis
drachm
unum ei
pollet
similia o
non veh
dem ma
dis simil
XXV
clarius
modō, i
vigore
tiquam
aquam
in alter
XXV
rem

rem vim agendi non tantum consistere in intensione, vel pluribus gradibus alicujus qualitatis: quâ ratione calidum septem vel octo gradus continens plus calefacit, quam calidum quinque tantum gradus complectens; sed & ex eò provenire, quod subjectum densius est, aut qualitas per majus subjectum est extensa, aut etiam plura subjecta occupat, secundum illud *IIIX. Phys. t. 80. In majori magnitudine major virtus existit.* Dicitur enim ferrum calidum ut sex, propter densitatem suam vehementius urere, quam aqua calida ut sex: & ignis major, incensâ integrâ lignorum strue, potentius urit, quam minor accensâ unâ schediâ, licet fortassis in utroque calor sit summè intensus. Nec drachma piperis superiori gradu calida est, quam unum ejus granum, majori tamen calefaciendi vi pollet. Sint ergò calida ut sex & ferrum & aqua: similia quidem hæc & qualitate & gradu sunt, sed non vehementiâ agendi. Contra duo silices ejusdem magnitudinis æquè candentes, omnibus modis similes sunt.

XXV. Quibus præmissis, id hîc luce meridianâ clarius & extra controversiam est: quæ ultimò modò, id est, non formâ tantum & gradu, sed & vigore similia sunt, eorum unum in alterum neutiquam posse agere, ut aqua ut sex non calefacit aquam ut sex, & neuter duorum illorum lapidum in alterò calorem auget.

XXVI. Placet tamen huic sententiæ opponere

argumentum, quod nobis suppeditabit occasio-
nem exponendi, de quibus præsens Regula loquitur,
& num in omnibus agentibus locum inveniat.
Id hujusmodi est: Hæreat lapis in summò cre-
nò. Is ab impositò aliò lapide ejusdem magnitudinis
& ponderis vi insitæ gravitatis deorsum move-
vetur. Ubi certè agens sive movens, & id, quod
patitur vel movetur, prorsus similia sunt, & neque
in qualitate, quæ gravitas est; neque gradu ejus-
dem, neque in potentia movendi discrepant. Huius-
modi scrupulum inferrius eximemus.

XXVII. Sed de iis, quæ reliquis modis similia
sunt, res non caret controversia. Nam primò
bitatur, an in iis, quæ similia sunt formæ, gradu
verò dissimilia, id, quod intensius est, agat in mi-
nus intensum?

XXVIII. Affirmant plerique omnes, & confir-
matur ipsâ experientia. Aqua enim calida ab aliâ
magis calidior & ferventior redditur, imò aqua fer-
vens in aliam remissius calidam infusa, longè ca-
lidiorè efficit.

XXIX. Contra verò Archangelus Mercator
us in diluc. negativam defendit, idque duplici argu-
mentò ex Aristotele desumptò: I. Quorum magis
que unum in alterum agit, illa sunt contraria: ut
magis calidum & minus calidum non sunt contra-
ria. Ergò. II. Probat Aristoteles contra Veteres
quosdam, quæ omninò dissimilia sunt, & ne genera-
re quidem convenientia, non agere inter se, quæ
unum

unum ali-
quod nec
consent,
traria sunt
extrudunt
non extru-
rum. At
trudit, ve
in hoc no-

XXX.

ter hosce
mittend
rium, si n
conjunct
deest ad

V. g. I
gradibus
qui tot g
ducere v
quod vo
betur ap
busdam
igitur in
ibi erun
frigoris

XXX

confide
tale fit,
illud, q

unum alterum non extrudat; idque propterea, quod neque contraria sint, neque ex contrariis constant, qualia sunt media. At quæ neque contraria sunt, neque ex contrariis constant, se non extrudunt. Hinc argumentatur similiter: Quæ se non extrudunt, illorum unum non agit in alterum. At magis calidum minus calidum non extrudit, vel minorem calorem non expellit. Et illud in hoc non agit.

XXX. Verùm in re ipsâ nullus est dissensus inter hosce Authores. Quod ut ostendamus, præmittendum I. cuilibet qualitati, quæ habet contrarium, si non est summa in subjecto aliquo, esse conjunctam contrariam, & quidem quantum ipsi deest ad summum, tantum præsto esse contrarii. V. g. Ponamus totam latitudinem caloris octo gradibus impleri, eumque summum esse calorem, qui tot gradibus constat. Quod si quis plures inducere voluerit, non curamus. Perinde enim id, quod volumus, obtinemus. Pro certò autem habetur apud Philosophos, totam latitudinem quibusdam terminis coerceri, neque infinitam esse. Si igitur in subjecto sint tres gradus caloris, quinque ibi erunt frigoris: si quinque caloris, tres erunt frigoris, &c.

XXXI. Præmittendum II. in minus calido duo considerari, & quod calidum sit, & quod minus tale sit, vel quod minorem habeat calorem, quam illud, quod magis calidum est. Hoc posterius im-

por-

tat privationem majoris caloris, quam continet
 frigus cum minori calore necessariè conjunctum.
 Ut sumatur aqua calida ut quinque, sicut loquitur
 tur; ea minùs calida est igne. Cum calore illi
 quinque graduum in aquâ consistunt tres gradus
 frigoris, atque ita privatio trium graduum calo-
 ris; cum ibi non sint sextus, septimus, & octavus
 gradus, sit autem potentia ad eos recipiendos, in
 quibus rationem privationis positam esse, notum
 est.

XXXII. Jam respondemus ad argumenti primi
 Mercenarii propositionem majorem: Quoties
 cunque unum in alterum agit reciprocè, sive utri-
 cissim ab eò patiatur, illa sunt contraria. Alii
 enim unum in alterum agere possè citra contrari-
 etatem, declarabitur *Reg. seq.* Ad minorem: Me-
 gis calidum & minùs calidum non sunt contraria,
 ut utrumque est calidum: sed quatenus minùs ca-
 lidum, v. g. calidum ut quinque, completè est
 tres gradus frigoris, eatenus contrarium est ca-
 lido ut octo. Et priori modò inter ea non habet
 locum agere & pati, probant argumenta Mercen-
 narii; posteriori autem inter ea datur actio. Si
 aqua calida ut quinque admota igni plus incal-
 scit. Ponamus, reddi calidam ut septem. Hic
 ignis non agit in eam, ut calidam quinque grad-
 bus, sed ut tres gradus frigoris obtinentem. Ni-
 hil enim caloris in aquâ destruit aut expellit, sed
 corrumpit duos gradus frigoris, quorum locò su-
 cedunt

cedunt d
 Authores
 defendun
 intelligun
 habere ce

XXXII
 gumenti a
 dit minùs
 dit tamen
 caloris, q
 est. Atqu
 lia sunt.

XXXI
 & gradu
 gendi, m
 I. de ort
 quest. XI
 passioner
 sã, agere

XXX
 sunt: I. C
 nus pote
 tus, quon
 non vinc
 est, quan
 calidum
 us. Sec
 tentius c
 rarã. I
 reddere

cedunt duo gradus caloris ab igne effecti. Et sanè Anchores, qui §. XXIIIX. affirmantem sententiam defendunt, non priori modò, sed posteriori cam. intelligunt, adeò ut Mercenarium non satis causæ habere censemus eos oppugnandi.

XXXIII. Eadem responsio minori secundi argumenti adhibetur. Magis calidum non extrudit minùs calidum, quatenus est calidum; extrudit tamen ratione frigoris & privationis graduum caloris, quibus subjectum deficitur, capax tamen est. Atque hæc de iis etiam, quæ primò modò similia sunt.

XXXIV. De iis, quæ secundò, h. e. quæ formâ & gradu sunt similia, differunt autem potentiâ agendi, major est difficultas. Augustinus Niphus *I. de ortu & interit. c. II. q. II. & Tolet. eod. libro quest. XIII.* affirmant, inter hæc dari actionem & passionem, ut calidum ut quatuor in materiâ densâ, agere in calidum ut quatuor, in materiâ rarâ.

XXXV. Pro hæc sententiâ præcipua agumenta sunt: I. Quidquid potentius est, potest agere in minus potens: *Non enim potest intelligi*, inquit Toletus, *quomodo sit unum magis potens quàm aliud, & non vincat ipsum, in idque agat: non enim alia ratio est, quare dicamus, quod calidum ut octo agat in calidum ut duo, nisi quia illud fortius est & actuosius.* Sed calidum ut quatuor in materiâ densâ potentius est, quàm calidum ut quatuor in materiâ rarâ. Ergo potest in id agere, ipsumque intensius reddere.

XXXVI.

XXXVI. II. Ferrum candens est calidum, ut sex vel septem. Ferrum candens producit summum calorem, nempe calorem ut octo. E. quoddam, quod est calidum ut sex vel septem, producit calorem ut octo. Si hoc, ergo calidum ut septem potest agere in calidum ut septem, illudque intendere. Nihil enim potest producere calidum ut octo, nisi prius productum sit calidum ut septem. Si ergo calidum ut septem producit calidum ut octo, necesse est, ut in calidum ut septem agat, illudque ulterius intendat. Major probatur, quia ferrum candens comburit ad motam stupam, & sic ignem producit. In igne autem omni est calor summus, sive ut octo. Minor, quia in ferro ignis non est ignis: ergo nec summus calor. Non erit ergo calidius quam ut septem.

XXXVII. Contraria sententia est Cominbrænsium in *I. de generat. & corrupt. c. IX. quest. II.* Bannes *ibid. quest. II. circa c. VI.* Archangeli Mercenarii *l. cit.* Francisci Suarez *diff. met. XIII. f. IX.* & aliorum. Afferunt n. calidum densius quocumque gradu non posse agere in calidum eodem gradu & illud intendere. His nostrum quoque calculum adjicimus, & sequentibus utimur rationibus:

- I. Omne agens reddit sibi simile patiens, ut dicitur *put. seq.* videmus.
Sed calidum ut sex non potest sibi reddere simile aliud calidum ut sex.

E. in
Minor pa
tè simila
alterum s
lia in calo
tentiam a
jorem vir
est: major
nit à den
non cont
quod ipse
de re non
XXXI
patiens e
ori. & in

Sec

En

Non ergo
sex grad
sius sit,
est, acti
XXX
similia
gradu

E. in illud non agit.

Minor patet, quia illa duo calida jam sunt perfecte similia. E. non potest denum unum agendo alterum simile efficere. Dicitur: Licet plane similia in calore sint, dissimilia tamen esse quoad potentiam agendi; cum unum tanquam densius majorem vim agendi habeat. Sed responsio facilis est: major enim vis agendi in presenti casu provenit à densitate, ut conceditur. At unum calidum non conatur aliud sibi simile in densitate reddere, quod ipse eventus satis ostendit; ut plura jam habere non addamus.

XXXIIX. II. Quicquid agit, est actu tale, quale patiens est potestate. III. *Phys. t. 17. & cit. lib. I. de ori. & int. t. 77. Confer Disp. præc. Reg. II. §. IIX.*

Sed calidum ut sex in materiâ densiori non est tale actu, quale potestate est calidum, ut sex in materiâ rariori; quia hoc non est potestate calidum ut sex, cum actu habeat calorem sex graduum.

Ergo est tantum potestate calidum ut septem & octo.

Non ergo calidum ut sex, hoc est, quod tantum sex gradus caloris actu obtinet, etiamsi longè densius sit, in illud agit, sed ut id facere possit, necesse est, actu calidum saltem ut septem sit.

XXXIX. III. Sint duo summe calida, atque ita similia vel æqualia gradu. Utrumque enim octo graduum erit. Sit unum densius, alterum rarius,

si prior sententia est vera, prius calidum calefacit et posterius, sive ejus calorem intendet. At hoc est absurdum, quia summô calidô daretur magis calidum.

XL. Ad I. argumentum respondemus: Omnino non potest intelligi, potentius non agere in mino-
potens, si nimirum minus potens non sit capax
formæ, ad quam terminatur actio. At id contingit in præfenti. Etsi enim calidum quoddam sex densus sit, & hâc ratione majori vi calefaciendi polleat; aliud calidum ut sex calefacere, aut ejus calorem intendere nequit, quia forma producenda est calor sex graduum: at calidum, quod tantamquam patiens proponitur, hanc formam jam habet. Ponitur enim, & ipsum calorem sex graduum jam habere: at quod aliquid habet, ejus, dum habet, ulterius non est capax.

XLI. Regeris: Si non tantum duorum calidorum, ejusdem gradus & potentiaæ agendi, unum non valet intensiorem reddere alterius calorem, sed nec illud, quod, cum gradu æquale sit, vi agendi est superius, id potest; sequitur, hoc ipsô vi agendi non esse superius.

XLII. Respondent, illud vi agendi alterum superare, non quod calorem ejusdem gradus augere sive intensiorem efficere possit; sed quod velocius operetur, & ad majus intervallum actionem profert. Vide plura apud Suarezium *Seff. cit. n. 29. & seq.* notatu non indigna.

XLIII. minorem calorem si runcur, in posse in al ignis subfl litatum, qu illis ipsi pondus, q

XLIV. reverâ inc tur, postea tiam igni XLIV. qu subtiliori Cornelium tem Anal

XLV. est, ut pro mentum cimus igit nem prop

XLVI. de ortu & agens à m dicitur, nem com propriè c usurpari

XLIII. Ad alterum respondent alii, negando minorem. Statuunt enim, in ferrò candente esse calorem summum. Quæ ad eam probandam afferuntur, in iis negant consequentiam. Dicunt enim, posse in aliquò dari summum calorem sine formâ ignis substantiali, propter absentiam aliarum qualitatum, quæ ad eam requiruntur. Destitui autem illis ipsis ferrum, indicare satis ejus crassitiem & pondus, quæ formæ ignis non convenient.

XLIV. Alii asserunt, in ferrò candente ignem reverâ inesse, poris ejus, qui priùs aëre implebantur, postea igne repletis, versò scilicet in substantiam ignis aëre, vel, quod addunt Durandus *IV. d. XLIV. quest. V.* Petrus de Pal. *ib. quest. III. a. II.* subtilioribus ferri partibus in eam resolutis. Vide *Cornelium Martini* eruditè hâc de re commentantem *Anal. Logicæ Part. I. Cap. V.*

XLV. Atque his ita hactenus disputatis superest, ut pro ulteriori Regulæ explicatione ad argumentum §. XXV. objectum nos conferamus. Dicimus igitur, non de motu locali hanc propositionem proposuisse Aristotelem, sed de alteratione.

XLVI. De profefsò eam tractat *cit. c. VII. L. I. de ortu & interitu.* Distinxerat *preced. c. VI. t. 45* agens à movente, tanquàm angustius à latiori. Patî dicitur, cui motus secundum $\pi\theta\beta\ominus$ sive passionem convenit. Hoc autem est alterari. Cùm agens propriè opponatur patienti, patet, agere propriè usurpari de alterante tantùm. Hoc cùm scripsisset,

FF

set,

set, initio *seq. cap. VII. t. 46.* *ἡ δὲ τῆς πρῆξις ἡγεμονία*
ἔξω, de actione & passione sibi deinceps dicendum
 esse ait, & in istâ tractatione præsentem Regulam
 exponit. Verosimile igitur est, eum ibi de agente
 & patiente in præsa hac significatione verba facere.
 Imò de iis ita acceptis reverâ loquitur, tum extrin-
 sequenti contextu istius capituli, tum inde peculiariter
 elucet, quòd in eò quoque, nempe *t. 53.* patientis
 movente discernit.

XLVII. De actione igitur & passione, quæ alter-
 rationes sunt, Aristoteles in præsentem Regulam istâ loco
 loquitur, & quidem eâ, quam *VII. Phys. t. 12.* dicitur
 fieri in qualitatibus sensibilibus, & quidem istæ, quæ
 pertinent ad tactum, *II. de generat. & corrupt. t. 1.*
 atque adeò non nisi de reciproca actione & passio-
 ne, quâ nimirum ita aliquid in aliud agit, ut verosim-
 iliter ab eò patiatur, quæ omnia ex textu evidenter
 simè elucet.

XLVIII. Dicis: Ab Aristotele in nutritione &
 accretione quoque Regulæ locum concedi, dicitur
 constare ex *§. IX. & X.* E. ad alterationem non tra-
 stringitur, cum illæ mutationes ab alteratione
 diversæ.

XLIX. Verùm responsio est in proclivi. Con-
 sequentia non est admittenda. Quamvis enim
 mutationes ab alteratione sint diversæ; quia
 tamen non perficiuntur, nisi interveniente altera-
 tione, ideo si vel maximè ad alterationem regula
 esset alligata, ratione ejus nihilominus in muta-

tione & accretione
 stantiali, cum
 cus ei non e-

- L. Dein
seq. de Regula
 ne usurpatio
 currit. Non
 et sine alime-
 tione, etiam
 alimenti in-
 perimere, si
 esse penitus
 agens univo-

diff. seq. Reg.
 LI. Atque
 cæ & materi-
 nes spiritua-
 speciem rec-
 est præsentem
 jam vidim

stat ex

tione & accretione, ut & quavis generatione substantiali, cum & ipsa alterationibus peragatur, locus ei non esset denegandus.

L. Deinde non absolute in §. XLV. & duobus seqq. de Regulâ verba fecimus, sed contemplatione usurpationis, quæ i. VII. L. I. de ortu & inter. occurrit. Non negaverim, ubi in L. II. de animâ. doctrinæ alimenti adhibetur, ad supra dictas mutationes, etiam quatenus important conversionem alimenti in substantiam corporis animati, eam pertinere, sicut nec alias à generatione substantiæ esse penitus removendam: imò potius quodlibet genus univocum complecti putamus. Sed hæc disp. seq. Reg. i. enucleatius tractabimus.

LI. Arque hæc quidem transmutationes physice & materiales sunt, & sensibiles. Sed ad passiones spirituales quoque, quibus sensus ab objecto speciem recipit, nec tamen reactioni in iis locus est præsentem propositionem applicari, superius jam vidimus: at & illas alterationes esse constat ex r. 51. II. de animâ, & cit. r. 12. L.

VII. Phys.

*Agere & Pati est inter contraria. Lib. I. de
ort. & inter. c. VII.*

I. Notandum primò, bifariam hoc posse intelligi: primò de mutationis sive actionis & passionis terminis, quod scilicet termini à quò & quem sint contrarii, quemadmodum calidum frigidò fit, & vice versà. Secundò de agente & patiente, quod hæc inter se contraria sint, sicut calidum in frigidum agit, & frigidum vicissim in calidum. Et hic sensus est hujus loci.

II. Secundò, non contrariis tantum, sed & quæ media inter illa sunt, competere agere & pati. Unde hoc aut addendum est propositioni, quæ fecit Aristoteles, quando *loco cit.* inquit: *rum contraria, tum quæ inter ea media sunt, inter se mutua activa & passiva esse constat.* Ferè enim sub contrariorum tantum extrema, ut album & nigrum complectitur, non etiam media, ut flavum & pallidum. Ita in Categoriâ qualitatis dicitur, *flavum aut pallidum, aut hujusmodi coloribus nihil esse contrarium.* Vel sub contrariis ipsa media comprehendenda sunt. *Est enim medium quoddammodo ipsa extrema. Quapropter & hoc ad illa, & illa ad hoc quoddammodo contraria dicuntur, cum medium gravis ad ultimam dicatur, & acuta ad ultimam. Fuscum etiam album ad nigrum dicitur, nigrum ad album, ut habetur V. Phys. t. 6.*

REGULA

LII

text. 50. cit.
mine contrarietur: Non quod aut contrarietur.

III. Quæ rietatem habent tamen alii contrariaribus contrarietur.

IV. Terminus esse angustus contrarietur.

ut sit tantum dum visus functionem albedini, secundum quam ab eorum vè opposita similia tan brosum.

V. Hinc ort. & inter ruit, & diffusi pati; quod agunt: a forma, possit esse ma positi L.II. de a

text. 50. cit. c. VII. L. I. de ort. & inter. media nomine contrariorum venire videmus, quando dicitur: Non quodvis agere & pati natum esse, sed quæ aut contraria sunt, aut contrarietatem habent.

III. Quanquàm enim Philoponus per contrarietatem habentia vult significari media; rectius tamen alii videntur per ea intelligere subjecta contrariarum formarum, ut ignem & aquam, quibus contraria insunt.

IV. Tertiò, præsentem Regulam præcedente, esse angustiore. Nam fit, ut agenti patiens sit contrarium, ut dum calidum in frigidum agit; fit, ut sit tantum privativè oppositum, quemadmodum visus à visibili patitur. Oculus enim ante visionem albi non est imbutus colore contrariò albedini, sed in eò est tantum privatio speciei albi, quam ab objectò postmodum recipit. At privativè opposita, licet contraria propriè non sint, dissimilia tamen dici possunt, ut luminosum & tenebrosum.

V. Hinc Aristoteles in *sepius cit. c. VII. L. I. de ort. & inter. & L. II. de anim. t. 43.* utrumque asseruit, & *dissimile à dissimili, & contrarium à contrariò pati*; quod ibi fermo ipsi sit de iis, quæ mutuo in se agunt: ad quod non sufficit in patiente privatio formæ, per quam agens agit; cum privatio non possit esse principium agendi; sed requiritur forma positiva formæ agentis contraria. At in *t. 54. L. II. de anim. 2,* ubi de passione sensus à re sensibili

agit, id repetit tantum, *dissimile à dissimili pati*, non autem, *contrarium à contrariò*, quia, ut modò in visione ostensum est, ibi tantum est privatio coloris sine materiâ recipiendi à patiente, oculo scilicet, non etiam contrarietas.

VI. Ex quo *textu*, ut & *seq. 62.* evidenter etiam perspicitur, appellationi dissimilitudinis sufficere formam & privationem ejus.

VII. Ex quibus efficitur, omnia illa, quæ non continentur sub ambitu Regulæ præced. de quibus §. *XLV. & seqq.* neque sub hujus sententiâ comprehendi; cum quod à latiori excluditur, lib angustiori non possit contineri. Sicut quod in animalium genere non concluditur, multò minus in specie hominum numerari potest. Imò cum, uti diximus, restrictior sit, non ad omnia pertinet, quæ præcedens complectitur; sanè non ad omne agens univocum. Illuminatum enim corpus illuminat aliud: cum tamen lumini nihil sit contrarium, sed tantum tenebræ, quæ privatio sunt, ei opponantur. Et si doceat quis Geometriam, cum, qui ne terminos quidem Geometriæ cognitos habet, quæ dicitur ignorantia puræ negationis, agens univocum est; cum eadem, quæ ipse doctus est, cum scientiâ instruat, nec tamen in discente hîc est qualitas Geometriæ habitui contraria. Ita igitur rem hanc definimus. *Omne agens, quod à patiente vici ssum pati aptum est, patienti est con-*

illud... 17

trarium. Ve
datur re

I. Cal
sa princip
Conimbr

II. A
locò ma

*mirium. Vel, inter quaecunque agentia & patientia
datur reactio, illa sunt contraria. Loquimur
autem de motu alteratio-
nis.*

COROLLARIA.

I. Calor in generatione caloris est cau-
sa principalis, contra Petrum Fonseca &
Conimbricenses.

II. Anticeat genus affectionis ponere
locó majoris extremi in demonstratione?

